



# **Farrago poematum iuvenilium Arnoldi Buchelii Batavi ;**

<https://hdl.handle.net/1874/391451>

59<sup>c</sup>

M. 3

Rest. VII, pl. 2  
no 5

Hs.  
7 E 5

836 (Var. 365.) Charta. 4°. 196 ff. Saec. XVI—XVII.

**Arn. Buchelius**, Farrago poematum juveniliū (1583—1591), fol. 1—103.

Elegiae, Epigrammata, Satirae, Epithalamia, Mélanges françoises, cet. Quaedam carmina posteriora B. et aliorum usque ad a. 1616 addita sunt.

Ejusdem Epistolarum farrago (Latine, Gallice), 1590—1621, fol. 104—196.

Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

humiliter et fideliter nomine meo  
cauerit saluus erit humiliter et

Ex Libris Arnoldi  
Bucjelly Batavi

CV 10 2000

Sive Tract. Divagatio.

Nullum moriturum ab origine discrimen

Var 365



m recens.

a varii arg.

365

Ms. VII, pl 2  
no 5

Hs.  
7 E 5

836 (Var. 365.) Charta. 4°. 196 ff. Saec. XVI—XVII.

Arn. Buchelius, Farrago poematum juvenilium (1583—1591), fol. 1  
Elegiae, Epigrammata, Satirae, Epithalamia, Mélanges françaises, cet. C  
carmina posteriora B. et aliorum usque ad a. 1616 addita sunt.

Ejusdem Epistolarum farrago (Latine, Gallice), 1590—1621, fol. 104  
Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

**D**ignetur mihi dñe miserere nobis mi  
seris miseris miseris sã. & dicitur  
miseris

Filius (i. media pag.): Crispijn ~~de~~ <sup>de</sup> Passe, Jr.,  
zie Thieme-Becker XXV 281, 1597/8 (of  
wel 1593/4) - na 1640, zoon van Crispijn I de  
Passe.

In exemplis rar. floribus etq. s. Dit werk  
bestaat en is uitvoerig beschreven door  
D. Franken, l'œuvre grave' des M. de  
Passe, 1881, nr. 1346 (in deze bibl. AA 80  
311). Hij onderscheidt 6 uitgaven, al of  
niet met tekst (Latijn, Holl., Fr. of Engelsch).  
dat v. Buchel des Lat. tekst heeft opgegeven  
schijnt onbekend te zijn. Wel wordt melding  
gemaakt v. e. logium op van de Passe van  
van Buchel's hand.

De H. B. bezit een exemplaar van deze  
Hortus Floridus, waarin eenige schriftel.  
mededeelingen van Spencer Savage  
Van 1921 (J. Nummer: R 40 851 rariora <sup>1/1</sup>

Hymnum Bacchi doct. Keisii. Daarvan  
bezit de H. B. 2 exemplaren: Z 80/120 en  
Molker 1 C 15. De imagines zijn even-  
eens van Crispijn de Passe <sup>I. en II</sup> ~~Jr.~~, vgl. D.  
Kramer Franken, l.c. p. XX en nr. 1348,  
pp. 271/2

Te van Matham

1/1 Zie over den Hortus Floridus verder: S. Savage, The  
= H. F. of Crispijn de Das the younger, Transactions of the  
Philological Soc. 1920. Ofdruk is bezit v. d. heer Evers.

over den invloed der werkzame bestanddeelen van het  
lelietje der dalen op het kikkerhart. Groningen enz., 1931.  
M. grafn. en tabn. 8o.

A. qu. 198, 1931 (1265.131; 1233.14)  
Proefschrift Groningen Rijksuniv., Geneeskunde.

**Evenhuis, Rudolf Barteld.** De biblicistisch-eschatologische  
theologie van Johan Albrecht Bengel. Wageningen, 1931.  
8o.

A. qu. 198, 1931 (381; 400; 410)  
Proefschrift Groningen Rijksuniv., Godgeleerdheid.

**Steenbeek, Anne, Hermannus Muntinghe.** Met een portret.  
's Gravenhage, 1931. 8o.

A. qu. 198, 1931 (19)  
Proefschrift Groningen Rijksuniv., Godgeleerdheid.

**Bekkers, Frans Herman Henri Alphons.** Étude sur l'emploi  
que Froissart fait de la préposition. Amsterdam, 1931. 8o.  
A. qu. 198, 1931 (237; 877)

Proefschrift Groningen Rijksuniv., Letteren en Wijsbegeerte.

**Blok, Bastiaan Machiel.** Romantisches in F. Schlegels Trauer-  
spiel „Alarcos“. Groningen enz., 1931. 8o.

A. qu. 198, 1931 (154)  
Proefschrift Groningen Rijksuniv., Letteren en Wijsbegeerte.

**Brouwer, Johan.** Psychologie der Spaansche mystiek. Am-  
sterdam, 1931. 8o.

A. qu. 198, 1931 (408)  
Proefschrift Groningen Rijksuniv., Letteren en Wijsbegeerte.

**Schreijer, Willem.** Étude sur la négation dans les Chroniques  
de Froissart. (Édition Luce-Raynaud). Amsterdam, 1931. 8o.  
A. qu. 198, 1931 (237; 877)

Proefschrift Groningen Rijksuniv., Letteren en Wijsbegeerte.

**Duisman Looijge, Jan.** De behandeling van tuberculose  
het dieet volgens Sauerbruch-Herrmannsdorfer-  
Leiden, 1931. M. pltn., grafn. en tabn. 8o.

A. qu. 200, 1931 (12)  
Proefschrift Leiden Rijksuniv., Geneeskunde.

**Cate, Henri Jan Pieter ten.** Onderzoekingen over f  
neele albuminurie bij militairen. Bergen op Zoom, 19  
grafn. en tabn. 8o.

A. qu. 200, 1931 (13)  
Proefschrift Leiden Rijksuniv., Geneeskunde.

**Eltzbacher, Max Otto.** De intraveneuze pyelograp  
hare toepassing bij kinderen. Leiden, 1931. M. fign. e  
8o.

A. qu. 200, 1931 (1247.13; 1  
Proefschrift Leiden Rijksuniv., Geneeskunde.

**Emanuel, Bernard Jacob.** Onderzoekingen over het b  
van een filtreerbare en onzichtbare vorm van de t  
bacil. Den Haag, 1931. M. grafn. en tabn. 8o.

A. qu. 200, 1931 (12)  
Proefschrift Leiden Rijksuniv., Geneeskunde.

**Everse, Jan Willem Rochemondus.** De biologische sta  
disatie van het vitamine-D. Leiden, 1931. M. fign.  
grafn. en tabn. 8o.

A. qu. 200, 1931 (127)  
Proefschrift Leiden Rijksuniv., Geneeskunde.

**Gaillard, Pieter Johannes.** Het ontogenetisch verander  
de samenstelling der lichaamsvochten, gezien den g  
de differentiatie van daarin gekweekte weefsels.  
a. d. Rijn, 1931. M. fign., pltn., grafn. en tabn. 8o.

A. qu. 200, 1931 (1166)  
Proefschrift Leiden Rijksuniv., Geneeskunde.

Ex Tribus Heraldicis  
Bucjessy Batavi

CVS W. MEXCXX

Sive Suxet Jovaculo.

Nullum moriturum ab origine discrimen

3. 1. 1. 1. 1.

Var 365




Aevum recens.

Scripta varii arg.

N° 365





Poematum iuuenalium Arnoldi  
Buchellij Bataui.

Elegiarum Liber primus ad Jan-  
Ruffum Batauum.

## ELEGIA PRIMA.

Tardius extinctos monati veniocamus Amores,  
 Quod dedimus precibus candido Jano iuris.  
 Imperio dominae poteram caruisse superbae,  
 Atque animum curis expurasse meum  
 Rursus at expertis miserum parat vrere flammis  
 Tradidit excusso meque Cupido iugo  
 Forsitan an simili iam iam flagraueris igne  
 Et furt ex uncto sidere natus Amor.  
 Et cupias rursus socias euoluere flammis  
 Et capere ex nostris commoda vestra malis  
 Namq. minus loedi comminra vulnera credo  
 Poenaq. cum multis matior esse solet.  
 Sed quid Amor calido tepefecit sanguine venas  
 Iniecitque Venus fronta superba mihi.  
 Nempe decet iuuenes ignita Cupidinis arma  
 Nempe fouet iuuenes feruulus ales Amor.  
 Instant iam calidi sollempnia festa Lyai.  
 Quid mirum, nostros conuenit ille iocus  
 Thyrsiger aligerum (sic fama est) Bacchus Amore  
 Progeniunt. Baccho conuenit almus Amor.

delectus penitus  
testis in igni vital

que nullis frangit  
tula superba ma

Sobrius hinc raro Venetis lascibitur actu  
Oppressosq; Venus opprimit alma mero  
Orgia lascivae fiunt Frieterna Bacchi  
Cantat et ad dominae limina quisque suae  
Aspice salvatos circum discurrere amantes  
Inspicit haec arcu coetera nudus Amor.  
Inspicit et varia contactos respicit arte  
Nec quisquam satis est quem sua lingua tegit.  
Hic mihi nullus amor vera iam fronte patitur  
Sed Prothei mores factaq; verba placent.  
Ast abigunt tristes Cannaria vinctas  
Et dicat Bromius carmina soeta pater.  
Aligerum canimus puerum, pueriq; parentem,  
Iustaq; Thyrsigero vota fero iuribus.  
Este procul nostro vobisq; tristesq; libello  
Nec sequite haec tetra carmina pauca senes.  
Quisq; placent inq;di numerosa volumina <sup>juris.</sup>  
Nil tristes Lepidi Baldus Amoris habet.  
Sed vos iuncta mihi valido mea pectus vincto,  
Tuq; boni nostros consule Russi rocos.  
Non semper sapiens demittit lumina tristes  
Sed curas seviribus temperat ipse rocos.  
Quare animum nostros parillum componere <sup>nugis</sup>  
Te decet et soeta voluere fronte sales.  
Vive diu incolumis nostri non imemor eius  
Russi hoc perpetui pignus amoris habentis  
Siquae olim longe disjungat corpore forsan  
Ab te, cum patras inquare coar aquas  
vel quondam teneat me magna terra sepulchrum.

2

Nec possum dulces mæde videre Sares.  
Talia dic teneros cecinit qui nuper Amores  
Quam iacet a nostro iam procul ille solo.

ELEGIA SECUNDA.

30

Diuini nuper reuocanti carminis usum  
Ardor erat Pindi quaerere fontis aquam.  
Omnia mirabar mutata. suadere forma,  
sacraque nec Phoebæ Daphnæ arbor erat.  
Aonidumq. domus dulces Phoebiq. recessus  
Consumpti aut flammis, aut perire notis.  
Ipsæ etiam Musæ facibus lucentibus ibant  
Necq. erat in medio qui solet esse Deus.  
Iam tua Bacche pater credēbam sacra videre;  
Forma tamen Bacchis tristior esse solet.  
Et puerum iratis viarū procul ire sagittis.  
Nescio quo dubia dirigat arma manu.  
mirabar blando depulsum carmine Phoebū  
Mutatumq. alia voce sonare nemus.  
Errantem. Aoniā vidit de rupe Cupido  
(Atony's nam nunt præsidet ille iugis)  
vidit et errantem compellat talibus vltro;  
Quo rursus o iuuenis in tua fata ferax.  
Continuo obstupui atq. ignotis ignibus arsi,  
Nec poteram calidi membra videre Dei.  
Erigit ille simul tinnidumq. animoq. cadente  
Et capitis radios exiit inde suos.  
Audacem fecere Dei iuuenis membra,  
Dulcicia fecerunt sistere verba pedes.

Quæ videt lund  
Lunus simul su  
Lunus simul su  
conspicui simul  
dysota ipsi mæ  
izat. m. pænc.

Ne timeas ego sum magnus Deus ille Deorum  
fulmine cui cossit Jupiter ipse suo  
Aonidum colles cui Phoebus et antra reliquit,  
Et fauet Idalium dulcior aura nemus,  
Neq; parens diuum natum Dominumq; vocauit,  
Et subsunt pedibus cuncta creatura meis.  
Hac praeta hi virides montes Perrassidos arua  
Euenpe sub imperio stantque caduntq; meo.  
Iam Musae nostras ipsae sensere sagittas,  
Iam meum cupiunt ire munerum.  
Accensis errant caedis, quod flamma Cupido est,  
Et sicut internus scilicet ignis amor.  
Cur iuuenis facile iuueniles transigis annos?  
Haec aetas nostris est magis apta locus.  
Loeta decent iuuenes, premit annos cura seniles,  
Nec bene cum senibus conuenit vltiq; amor.  
Tempus abit tenerum, fugiuntq; velociter anni,  
Aetatem minuit quaelibet hora tuam.  
Ergo age ~~ut~~ teneram studias placare puellam,  
Loesa fuit forsitan moribus illa tuis.  
Magna quidem res tibi conciliare puellam  
vt credis, non est; mcepe, mollis erit.  
Forsitan est primo congressu diuor illa,  
Denegat vt cupias quae cupit illa, magis.  
Magnanimos fecit faeuos natura leones  
pardalis est rabula, et nodis Hyena feret.  
At tamen hos domunt domini sollicitia, saepe  
Ad cantum didicit vsa mouere pedem.

Quid metuis tenera tantas in virgine vires,  
Illa etiam precibus tandem erit aequa tuis.

Quae seurter veniunt seurterq; citiq; recedunt,  
Gaudia difficili porta labore manent

Crede illud virtutum pulchris commune puellis  
ut cogi precibus et ratione velant

Obstat saepe pudor, vetuit pudor ille fateri,  
Heu pudor heu quantas iniecit ille moras.

puberundo

Saepe vericundo depinget membra colore  
Quae sunt ingenuae signa pudicitiae

Saepe etiam subitae si credas se dabit irae,  
Ostendatq; animi tristia signa sui

Te nihil haec moueant audaci accedito vultu  
Encunt timidos nam mea castra viros

60

Neu moueat seurtas seurtas namq; apta puellis  
Qui putat hanc virtutum censor iniquus erit

Sappho leuis, leuor Zephyrus Ithais adhaesit  
Orbe tamen toto Sappho Ithaisq; vigent

Erige namq; ani  
mod magis hinc  
bus vltro

Hic quid auare facis nec amor tibi congeris  
Insanas nec opes qui cumulabit erit

Qui dare scit satis est, multum iam nouit  
Munera que nequeunt vix tibi verba dabunt

Rumpe moras agendum, calidius cum ferueat  
Mens sibi non constans illico victa cadit

Damna dabit  
longa na tibi  
magna mora

Insta saepe graues vincit constantia reges,  
Mens sibi non constans illico victa cadit.

Optato tandem constans potueris amore,  
Et molles animos tempus et hora dabunt

Sic art et dextra deprompsit tela pharoetra.

si videat eade summi  
Cuiq; doli vbi doli vbi  
Diffimilis animos  
no bene nuyt a no  
infert illa tuis de  
ed res lufidus illa  
lo tunc ranti si  
ramt illa tuis  
Sappho leuis  
amorem  
proua puila fies  
vix tibi verba dabunt  
amores  
vix tibi verba dabunt  
vix tibi verba dabunt

Et mea non parvum peccata vulnus habet.

ELEGIA TERTIA.

Mirabar quondam cur sis tibi tela Cupido  
Spicula cur gereret, cur pharetratus Amor,  
Hec mihi peccavi, fateor, tua spicula sensi,  
Inuasitq; totius pectora nostra dolor.  
Quid dolor? est dulcis nullo cum sine voluptas,  
Dulcis qui occulta, ferueat ignis adhaes,  
Est furor in parva specie qui nempe vagatur,  
Est est qui dulcis dicitur ignis Amor.  
Adsis blandorum, dulcissima mater Amorum,  
Curus ad imperium terra fretumq; tremunt,  
Ut videam magni perblanda Cupidinis arma,  
Arma quibus nimium peccata nostra premunt.  
Sed nunc pulcra venit formosus Martia Sabus,  
Timidis purpureo pulcra colore genis;  
Candida casta virgine, et vincunt candore liquorem,  
Lumina vim tibi clam ferventes habent.  
Dulcia deumom suspirant basia nectar,  
Atq; habitus superat Balsama et Ambrosia,  
Singula quae verbis conabor dicere paucis,  
Moeonides tantis laudibus impar erat.  
Heu quoties veror rapiat ne Jupiter illam,  
Amus heu quoties adstat Apollo mihi.  
Saepe quidem timui Timidus Jovis aegida magni,  
Et terrent Phoebi me quoq; saepe minae.  
Ille olim rapuit ficta sub imagine Tauri  
Europam, hunc frustra Dagnidius vssit amor.

4  
Saepe illa suos demittit lumine vultus,  
Non decet hoc oculis insidet almus amor.  
Saepe etiam fuerim blandos attollit ocellos,  
Atq. addit saevis vulnere vulneribus.  
Spemq. metumq. fouet leuibusq. leuissima signis  
Dat vitam, vitam mox rapit illa, meam.  
Sic me dura premit nimium, formaq. superbit,  
Et nullis precibus flectitur ~~illa~~ meis.  
Ingemui quare tandem pertaesus amorem,  
Quant. ~~quos~~ dixi saeuus et asper amor?  
Nunc me iustitiae sortisq. accuso malignae,  
Nunc mentem et mores infimulasse iuuat.  
Nondum firmus amor nostros cur detegis ausus?  
Debueras gestus continuisse tuos,  
Et primum firmasse pedes, sic itur ad alta,  
Quod cito fit multis non bene cessit opus.  
Da spatium nostri mater formosa furoris,  
Nec miserum subitis obrue funerebus.  
Da requirem iuueni praesens est mollior actas,  
Non haec ad veneris est satis apta dolos.  
Sed frustra precibus surdas obtundimus aures,  
Irrita nam Zephyri verba precumq. ferunt.  
Vror adhuc nec spes ardentem <sup>flammam</sup> extinguere  
Occulto feruet que magis sub cinere.  
Ignis Amor rabidus nulla delectibus arte,  
Ignis qui medys feruidus ardet aquis.  
Pyramus ut quondam Thybes flagrauit amore  
Haud <sup>non</sup> aliter pulerae Martiae amore premit.



Quid mirant paena talis conuinctio, quare  
Occidit in caeptis tam cito, fidus amor  
An voluit fatum patreys emittere vinculis,  
Vt possent animo liberare ferui,  
Pyramus at certe Thisben comitantur ad umbras,  
Noluit occiso vivere Thisbe viuo.

Tartare sub nigro Thisbes potietur amore  
Pyramus, ac omni tempore Thisben amet.  
si modo amans neqzas inuisat Tartaris umbras,  
si modo amans Ditis Invidia regna petat.  
Aequora dum pisces, pecudes dum campus habebit,  
Non est tam constans interitura fides.  
Heu mihi quod tales non fert hoc tempus amales,  
Heu mihi quod verus excusat vnnis amor.

#### ELEGIA QUARTA

Lubricus ille sicut multos qui vidit amores,  
Et dignus studeo saepe perire suo.  
Verus amor numerum fugiens consistit in vno,  
Et firmus solo gaudet amor socio.  
Verus amor constans omni stat firmiter aeuo.  
Difficile ex animo vellitur adus amor;  
Sic hederam vidi firmas complectere ramos,  
Annosamq; vltimum succata vitis amat.  
Vnde Famen queres tam firmus nascatur ignis?  
Cur mihi tu placeas Martia? sola places.  
Martia sola meo semper cantaberis ore.  
Neve a mimum varient ventus et aura meum.  
Martia sola manes nostrae spes vnica vitae.

Et mea stat vestra vitæq. morsq. manu.  
Nam veneris statui puebrq. Cupidinis arma  
Teruente sequi te moriente sequi.  
~~Namq. Venus profert~~  
Gaudia vera Venus profert, verosq. dolores,  
Nescit amor medium, verus habere modum.  
Ille suo sentit verus in corde dolores,  
Quem premis instabili saepe Cupido manu <sup>gradat</sup>.  
Quemq. Venus facilem votis concessit amorem,  
Vere hic ~~est~~ <sup>suprema</sup> sorte beatus erit.  
Quare utrum tibi factus amor tristisue paratur,  
Semper ero constans semper amator ero.  
O me felicem ~~quis~~ modo det Deus annas,  
At iaceat ~~fractus~~ <sup>fractus</sup> Martia ~~in~~ <sup>in</sup> meo.  
Vellem Domitidum sacros contemnere honores,  
Et vellem regum spernere diuitias,  
Non ego purpuras peterem de Sittore gemmas,  
Desereremq. agros Nile vocose tuos.  
As ego cur nimium nostros diuisgor amores,  
Offensam vereor saepe subire tuam.  
Gaudet amans raro solus, cupit omnibus esse  
perspectum, penitus quid suus ardet amor.  
Credidit amatorum posse hinc excrescere famam,  
Crescit at in numero desinit esse sus.  
Sumite Candauhem, cuius te facta docebunt.  
Vxorcm nollet prostituisse Gygi.  
Persequar ergo suos liceat dum viuere vultus,  
Dum iuuenile mihi pectus et ossa sunt.  
Decrepitos animos disuungot tempus et hora.

Adhuc teneri dederet esse senos

ELEGIA QUINTA

Uita difficilem promittunt verba dolorem  
Nec curant lactos saucia corda iocot  
Gaudia felices tangunt, deponere tristes  
Curas heu misero namque mihi fata negant.  
I. libet etiam quondam nuper sum servus amoris,  
Cuius ad arbitrium stultus usque feci.  
Ut vidi melius caritus meliora probavi,  
Sed quid cum veterum non videt ullus amas.  
Saepo miser querculus impleri vocibus auras,  
Saepo etiam toto corpore fregus erat;  
Saepo meo bisores deperisti corpore valvas,  
Quum dixi lepidus quid mea lonta manes.  
Et credo lapides, dominae quoque cura fenestras,  
Mollierantque animos splendentia vitra suos.  
Sola manet coepa semper crudelis in ira.  
Martia, Quam faciam Martia dura manes?  
An habeant Martis tenerae quoque corda puella,  
An quoque conveniant nomina dura tibi?  
Esse decet molles Veneremque mitare puellas,  
Mascula conveniunt pectora sola viris.  
Fregit Amazoniam verbis domisque puellam  
Theseus, et facilis phaeacia in amore fuit.  
Phyllida Demophoon teneram Briseidas Achilles,  
Atque Helenam Phoeniceus movit amore Paris.  
Tu tantum nullis precibus sacrumque moueris,  
Edita in exitum dura puella meum.

6

Da molles animos aut nullis me. ut Cupido  
ignibus, et peccat qui modo torquet amor.  
Vel duo sint pariter conuulso vulnere laesi.  
Vel neuter, nimis illud et illud erit.

ELEGIA SEXTA.

Maurus adest, vitæ plantantur in arbore ram,  
Quisq; parat dominæ florea secta suæ.  
Provida tam monstrat virides natura lacertos,  
Germinat omne nemus et viret omnis ager.  
Iam dulces violæ ram candida lilia fragrant,  
Iam blandum venori martus amata viret.  
Iam philomela suis delectat cantibus omnes,  
Omnis et in viridi gramine cantat avis.  
Hinc aliquis veterum posset cognoscere gestas,  
sed voluit doctas credere nullus aues.  
Credidam solus nostros vulgaret amores,  
Quid clamo miserum peracta perdis avis?  
Credula res amor est, res est quæq; suspitiosa,  
Suspicit omne malum credit et omne bonum.  
Clamet io Tubicen, his terq; quaterq; triumpho,  
Cingo tibi phœetra, ac atripo tela puer.  
Nunc sua messis adest, cogit ram Mæa puella,  
Nulla domi nisi sit desidia manet.  
Nec mala fama probos verbis disjungit amantes,  
Invidæ quid facies rumpereis mordia.  
Coniungit Tempus disjungit Tempus amantes,  
Nec mala lingua satum, nec mala verba velent.  
Ad virides hortos et florida floribus arua

<sup>Frach</sup>  
Ite solet socio iuncta puella suo  
Seledae Batavia veniunt ex urbe puella, 150  
Quas immortales dixeris esse Deas.  
Has ego cum video spectoq. intentius omnes.  
En aderat subito Martia puera nobis;  
Illa latus lateri iungebat proxima nostro,  
proximus et populo saepe premente fuit.  
Nonpe trahunt iuvenes varia ad spectacula,  
Hic stat in incerto faemina virg. loco.  
Iam dare vicinæ tentabam basia Diuse,  
Id timidus nimium, ni vetuisset amor,  
Ter conatus eram, manibus complectior illum,  
Pressis, sed tremulae ter cedere manus.  
Sperabam populum; condentem crimina nostra  
Intentum. Iudis tunc satis ee suis.  
Nec dare basium nocuisset, tabra quombis  
Crimina Romulidis magna fuisse ferant,  
Exsucta impuris sedantibus oribus ora,  
Iguotum nostris finibus illud erat,  
sed quid amans dico non est in amate volutus,  
Illo sed arbitrio semper amoris agit.  
Ist amor ut video dulcedine mixtus amaror, 160  
Et dulcis duros pena labore scetet.  
Ergo quid hec reddat cum spes sit nulla salutis,  
Vltro quam impositum mihi subire iugum.  
Non. labor est iudis sunt cuncta volentibus, atq.  
Inurbis Iudis paena laborq. fuit.  
Inycc vincta Venus frustra pugnauitq. vsque.

7  
Et frustra toties impia terga dedi:  
Tu quoque mane, meis rerum pulcherrime votis  
Adhuc, da facilem in mea vota Deam.

ELEGIA SEPTIMA.

Aspice ut morietur vestro seductus amore,  
Hæreat ut siccis ossibus atra cutis,  
Dedituareq; nimis vitæ sanguine læna,  
Pallidæq; ut mortis formæ tremula premat.  
Nil te crudeliem tam trudit flectit imago,  
Ducior o cunctis Martha dura feris.  
Da saltem mortem, si non vis reddere vitam,  
Da mortem poenæ que mihi ferri erit.  
Sontis damnatur tristi sub iudice causa,  
Supplicium et merito triste sunt sceler,  
Exquisq; dolor longo pro crimine sat est;  
Me tamen, infontem mille necos perimunt.  
Si merui mortem, culpam crimenoq; fatebor,  
Nempe parum dicit officiosus ego;  
Impius et vestrae neglecti numina forme,  
Et male de tanto numine doctus eram.  
Vtere iure tuo, sontem sua crimina dantant,  
Nec me spes foueat dissolutus metus:  
Omnia iam merui, nec me miruisse negabo,  
Confiteor crimen tempus in omne meum.  
Sed tua que prebas omni me crimine salus,  
Et dolis nulla est debita poena tibi.  
Ac si fallor falsa delusus imagine veri,  
Dissolvant animam, tædæ verba meæ.  
Nulla multa tui infligunt mihi vulnera ocelli.

Atq; insunt verbis spicula mille tuis.  
An nihil herba iuvat nullaeq; in carmine vires.  
An lapidi occultus desit esse vigor.  
Quum iuvat infernos populos manesq; vocare,  
Quid tenuis Aegria voce susurret auris.  
Atq; audire animas fundumq; mouere silentem.  
Et quid spirituum docta ministra docet.  
An non crudeli matris de ventre recepta  
Pignora sint animo iam medicina meo.  
Fallor, Amor solus tantas scit fallere vires,  
Est veni medicus solus amoris Amor.  
Vulnus, Achillæo nuper quod mare recepi,  
Sanabit medicus qui sit et hostis Amor.  
Quare animum positis leniter componere curis,  
Et decet attonitos pellere mente metus.  
Non semper tristis curat medicina dolorem,  
Aeger dulci saepe medetur aqua.  
Dulcia quum tristem curabunt carmina metæ,  
Atq; dabunt faciles ad meâ vota vias.

ELEGIA OCTAVA.

Pallida cur facies cur livida sit mea forma.  
Me statuiam et Pharium marmor vt esse putas.  
Desine quem veneris nondum tetigere sagittæ.  
Quærerè, nam forsam tu quoq; talis eris.  
Nempe fui quondam vulnèri contemptor Amoris,  
Et spreæ exigui flammæ tela Dei.  
Sed doctus moneo veneris ne suscipiet iram  
Quisquis ab hoc habeat libera colla iugo.

Amor vulnus  
idem qui sanat  
sanat.

Quam temere illuso cecidit saepe agrarum miles,  
 Damnaque quo spreto victus ab hoste tulit.  
 Nam parius sua bilis mect, vitricia tela  
 Iste Deus facili quae regit aera manu.  
 Multae damna ferens totum circumvolat orbem,  
 Et quamvis caecus quoslibet ille videt.  
 Me pridem incautum, petyt nec tunc timentem,  
 Hinc ego nunc vere dicere cogor amores;  
 Dicere cogor amo, fert nostras ventus amores,  
 Solus amo, solus dicere cogor amo.  
 Ficta meos saltem spes detinisset amores,  
 posset spes animam vana fovare meum;  
 Restarent miserae quaedam solatia vitae,  
 sed nunc qua vivam spes mihi nulla datur.  
 Ergo moris fatuus mortis quem ducet imago,  
 Quae premit numeris ardor amoris, rogit  
 vivere spe vidi gladius quem pectus premebat,  
 Et saepeus trigano frangeret orbis gulam.  
 Ast ego spem lincquo, quos vult spes ludat inanis;  
 Tristia iam de me funera ducet amor;  
 Pallor in ore sedet, sunt lumina sede remota,  
 Amplior et tegit haec ossa claudenda cutis.  
 Haec si(marmoreas superet nisi Martia cautes).  
 Cerneret haec no(n)deri diceret equit amor?  
 Sed soro quat quosties transirem auersa fenestras  
 Lumina, soq(a) aegro me recepisse soro.  
 Iuravi impatiens dominae crudelia russa,  
 Eius me nunquam velle subire oculos.  
 Sed crede in ventos immittia. verba redegei,



Illaque iam seunter cum ioue verba volant.  
Ante precor moriar Sacerarq. ego piscibus ante,  
Quam mercant ullam fatua verba fiden.  
Heret amor menti, quem nulla mioria soluet,  
Quem nullum tempus interysse feret.  
S olus amem et stolidi fiam ludibria vulgi.  
S olus sim populo fabula vana meo.  
Non erit ut vaxys unquam mutabor in fons,  
Sed constans dominae semper amator ero.  
Quis scit sic tandem potero mollescere pectus,  
Et dolor in laetos longus abire dies.  
Si non, hoc saltem tibi summatatus arena,  
Invidias duas mentis habere fidem.

ELEGIA NONA.

Ergo aliquis tantum sentit sub corde dolorem  
Tribit iam ut poterit aequiparare meam?  
Ergo aliqua est inter tantumq. dilecta puellas,  
Quantum perpetuo est Martia arista mihi:  
Illa tamen quosvis sanctorum promisit amorem,  
Pollicitam toties frequit et illa fidem.  
Famina quae decet precipitantibus effugit alis,  
Prontissimamq. fidem faemina rara tenet.  
Os loquitur, laqueus dicentes pendet ab ore,  
Quid sunt quae loquitur faemina verba nihil.  
Ecce dies aderit quae se cum conjugis ungit,  
Infelix vobis sit precor illa dies.  
Sic quoq. qui stergit armat commibia nodo,  
Ut videas vteri quaelibet nulla tui.  
Militia est video victorem vincere victum.

Miles et in dubia sede vagatur amans .  
 Felices veneris quae nondum gaudia norunt,  
 Militiamq. istam non didicere sequi .  
 Heu mihi quod subsunt formosa fronte dolores,  
 Quotq. adfert nobis tam bona forma mali .  
 Et fateor vellem diram fugisse charibdam ;  
 Sautus at in scopulos et male cautus agor ;  
 et mores videri et quos, turpia crimina videri,  
 Quosq. vico faciat femina docta dolos .  
 Et scio quot pulcra lateant sub tegummine mōstra ;  
 Quotq. sub ornata veste venena virent .  
 Ach sero nequaequam, fatuq. mouentibus vror .  
 Et perij quam me posse perire putem .  
 Cum fugis aemens fugientem fata repellunt ;  
 Non est arbitry. paena saluum mei .  
 Ut semel incautos primere cupidinis ignes ,  
 Sero post obitum iam medicina venit .  
 Pestis at illa vni minimum firme ossibus heret,  
 Et loca feruentis intima cordis agit ;  
 Imo hic haerescens tantum nos polleat usus ,  
 Extremos ut iam mordeat usq. rogos .  
 Namq. piget frustra frustra iam perditet acti ,  
 Namq. error quo se vel tueatur habet .  
 Est aliquid tetigisse sinum, tractasse papillas,  
 Labraq. noquistq. sucta madere suis .  
 Est aliquid blandi recepsisse ac s. luminis ignis,  
 Est aliquid tanto pane calere rogo .  
 et demum tenuisse manus, veneremq. iocofam  
 Lasciuo blande sollicitasse sinu .

220

pzo antequa

230

700  
hoc aliquid fateor, brevis attamen illa voluptas,  
Quae non est modico concomitata malo.  
Sumite vel Circeæ, Circeæ tibi pocula monstret,  
Quam breuibus peroant gaudia tanta rotas.  
Vrsi iamq; feri rabidi iamq; ora beonis,  
Cerberusq; immundæ putrida membra suis.  
Fœmineus sibi sic oculus nq; fascinat omnes,  
Forma hominis sola est, cætera digna feris.

FINIS

# ELEGIARVM LIBER.

10

## SECUNDVS

Ad Nicolaum Tunium Batauum.

Succine perpetuis versus damnare tenebris

Pergis, sic nostri fons amoris erit?

Nullaq. posteritas nostri pia carmina voluet

Fœderis, extinctus Sic modo friget amor?

At vos Musæ tantas auertite clades,

Ducite ad tonitruum pectora iuncta nemus!

Ante volabit aper, vacuum mare pucibus ante;

Ante ruet celsi machina forma poli,

Quam vestrum nostro labatur pectore nomen,

O. tuni firma, qui mihi iuncte fide es.

Fama refert Pythia pulerosq. Damonis Amores,

Est quod petithoi vniat vadusq. fides.

Eurasi vniat, vniat constantia. Nisi,

Dum caelum stellas dum mare habebit aquas.

Di faciant nostri quondam referantur Amores,

Nullaq. contractam deleat hora fidem.

vulgus amicitias nullas sine foenore seruat,

Et facit vtilitas sordida sola fidem.

sed supra vulgum studys animosq. feramur,

Vera fides animo iungitur atq. fide.

Sunt igitur nostre firmissima fœdera mentis,

Quosq. animus iunxit hos quoque iungat amor.

sed libet erectas patrias deflexe Camœnas,

Quas fugat horribili bellrea turba sono.

Carmina tranquillos cupiunt facundia recessus;  
Nulla quos nobis pax quoque nulla datur;  
Qui modo Musarum custos, nunc Montis alunus,  
Cogor in iratos mittere seba. Deos,  
Quod prohibete nefas, et fidam <sup>mente</sup> cernite.  
Cogor, habent nullum facta coacta <sup>seu</sup> <sup>scilicet</sup>.  
Hoc patriae fatum proque nos involuimus illo,  
Et quoque nos vulgi <sup>in</sup> crimina dura premat.  
Tu tamen interea Musarum impulsus amore.  
Perge meum solito more adhaerere caput.  
V. Struetti Anno 1583.

AD LVD: CARRIONEM I C.  
BRUGENSEM.

Ecquid Amor lenibus miserum circumdedit alis,  
Et parat in pectus seba superba meum?  
Parce precor <sup>humili</sup> vati non iam mea Martia fleret,  
Nec cupit amplexus Amula blanda meos.  
Ista decent alios, quibus est concessa parentu  
tam domus, et tandem quos tenet apta quies.  
Sum iuuenis fateor mihi sunt iuuentia cure  
Non tamen haec aetas semper amare solet.  
Nec semper calido bene stat committas Amori  
Phoebus, nam Phoebum pressit acerbus Amor.  
Cestus erit Laurus formosae Daphnidis arbor.  
<sup>Laurus</sup> Arciferum antigeris succubuisse Deo.  
Ite procul molles munita est casside Pallas,  
Nec bene conveniunt Phoebus et alma Venus.

Sedulus assiduo nam gaudet Apollo labore,  
 Oſia ſed veneri deſideresq. placent.  
 Deſideriis vatis perierunt mœnibus vrbes,  
 Vivibus hinc perit Roma ſuperba ſuis.  
 Quidum et antiquos Graum deſerunt honores,  
 Ulciscente ſuis Hectoris vrbe patres.  
 Quare ſtendunt chorus omnis aedeſto Dearu,  
 ut referam laudes carrio docte tuas,  
 Et ferar ad Muſas plenis ſuper aera velis,  
 Heu mihi quam longo tempore tardat iter;  
 Ire parò referiq. pedem, mens cogit amantem  
 Carrio ſed rude me detinet ingenium.  
 Amè auſim mihi tam doctas verſibus aures  
 velle reſe, quid dicam? me tuus veget amor.  
 Coecus amor venoris, coecum videntis Amore  
 Eſſe negant, omnis lumine captus amor.  
 Hic facit aequalem. Sutturis perdere charta,  
 Et te carminibus ſollacitare meis. vrbes  
 Nempe ſuper reliquis Briga caput exſtat,  
 Maius at ex veſto nomine nomen eſt.  
 Illa ſibi vitam reddis tu carrio Fama,  
 Illa brevi, nulla haec morte perire poeſt.  
 Aeterno vivet felix nomine Brigaë,  
 In queis aeternum Carrio nomen habet.  
 Flanberia tota ſibi multum debere fatetur,  
 ſive id Muſarum nomine ſive ſuo.  
 Et ſibi merito multum letatur ab uno,  
 Quae reditum exſpectat anxia multa tui.

Est aliquid mores hominum terrasque vidisse  
Est aliquid studijs murgilasse <sup>60ms</sup> p[er]f[ect]e.  
Est superasse animo cunctos et in omnib[us] ones  
Artibus hoc opus est Herculeusq[ue] labor.  
Nam ~~studium~~ <sup>studium</sup> ~~mares~~ <sup>mares</sup> prudentia virtus,  
Dispernam nisi sint carris cuncta tibi.  
Quid loquar ambiguos referam te solvere motos,  
Quereq[ue] altitudo dulceda verba stylo.  
Quidq[ue] renascentes toties quas opprimis hydras,  
Optemq[ue] e satio tollere barbaram;  
Et cur tot linguas et tot monumenta referrem,  
Doctorum volitant illa per ora vorum.  
Quo ferre infulsus, talemne includere versu  
Exiguo credam me quoq[ue] posse virum.  
Littus arce toto celebrabitur CARRIO mundo,  
Quod musae et Phoebus Carris solus habet.  
Ergo meum ferri modulatum pedine carmen,  
Accipe et incepti pignus amoris habe.

Lutetiae Parisiorum Prud. Id.  
July. Anno MDCXCV. CIV. D. XXCV.  
Aetate meae. xx.

AD HENRICVM VECHTIVM. J. C.  
AFFINEM MEM.

Mittimus incultas (animo tamen accipe recto)  
Quod minime patria veris ab urbe notas.  
Liquimus angustam Gallorum principis urbe,  
Nomen quae Parisidis forsan et omen habet.  
Amalae ut habent, veterum deliria patrum  
(Quae proavos quident commemorasse senes).  
Notus adulterio riuenum pulcherrimus ille,

Infelix sub quo Iudice Traia perit.  
 Descendat serce Longa humi origine Francus,  
 Francorum. gentis conditor mactante.  
 Gallia victori didicit se subdere Franco,  
 Et rerum semper esse vices docuit.  
 Sic pudet effrenis Germano nomine Francos,  
 Accipere, et veram composuisse fidem.  
 Accola nam Rhemi stans q' crine Tycamber,  
 vicinus Francis, pars quoq. magna fuit.  
 Qui tandem angustis transgressi munitate fines,  
 Gallorum vinctes depopulantur agros.  
 Frangunt Romanas animoso munitate vires,  
 Mutantq. iugum Gallia non posuit.  
 Maluit in p'uro quare dare nomina moechis  
 Francia famosis cognita adulteriis.  
 Nimirum laetas Gallis est m'ita, mores  
 Difficile est animo posse latere Ienes.  
 Laudabam faciles primum moresq. locosus,  
 Credebam summam verba tenere fidem.  
 Ut ficti mores sic sunt sine pondere verba,  
 Tu verbis passim ml nisi verba vides.  
 Certè Pollicitis Gallorum, qui putat vllam  
 Esse fidem m'itido mergitur ille lacu; Dudos  
 Nam velut inspidos agitatur Ienis h'istris mores  
 Sic Francus mores m'itruunt vsq. suos.  
 Exultat omnis amor pretatis, est omnis honestas,  
 Et pudor innumerus rumpitur insidijs.  
 Effugit Insanos fugimus vix sano corpore mores,  
 Et licet infelix me mea terra tenet.

Ultraredi  
 An. 1586.



1. Tam mea ter septem viderunt tempora Soles, nefas  
 Et toties flammis Terra comas posuit.  
 Nec Mars sanguineos posuit tranquillior enses,  
 Fama nec Fani clausa fuit gemini.  
 Nec pacem vidi saevius nutectus in armis,  
 Auras sed circum bellica turba fremit.  
 Exitum credo iurare numina mundi,  
 Et quoq. naturae profunda lex perijt.  
 Quis non nos miseros quoties secula aurea quodam  
 Succurrunt quoties secula beata patrum?  
 Sed non haec nostris iam sunt descendenda Camenis,  
 Vix satis est totus fleat Oceanus  
 Edite ferebilibus lacrimas vos flumina rivus,  
 Et terra Fratos sentiat esse Deos  
 Iam cessa liquidae manabunt arbore Guttae,  
 Atq. decet silvas deposuisse comam.  
 Fletu senes iuvenesq. simul det faemina plaudus,  
 Iosduaq. et madidis ora rigate oculis  
 Terra parens quoties natorum sanguine stillet  
 Evulbat et tristi concutit ima sono.  
 Tamq. negat fructus flammisq. recondit aristas,  
 Progeniemq. fame dicitur ulta suam.  
 Aolus emisso fremit atra turbine ventis,  
 Et saepe averseas ire coegit aquas.  
 Fratrum scindunt rutilantibus aera flammis  
 Et levo terrent omine nos superi.  
 Quae iam spes poterit tantas auertere clades  
 Nobis iratum quis neget esse Deum?

Et tamen Aonides Languenti carmine Vecbti  
 Conor et abiectam sollicitate obelm;  
 Vix dolor id patitur, fletus sic obrunt ora;  
 Verba dolor iustis saepe negat lacrumis  
 Sed me cogit amor tuus has deponere curas,  
 Namq; animo quoties deprimor ille leuat,  
 Ille amor attollit vocat Musasq; iacentes,  
 Maccenas studys unicus ille meus.  
 Credite venturi, mi me mea carmina fallant )  
 Hic mihi pro multis solus et vnus erit  
 Vecbtus in nostro monstratur carmine semper;  
 Illius et nostra mente manebit sonos.  
 Tam si fata sinunt tardis vtare diebus,  
 Id modo si longum viuere munus erit.  
 Et longum valeant iuncti mihi sanguine nati,  
 Et caro coniux coniuge iuncta suo.

Tracti Batauor. 1586.

DE ITINERE DVACENSI.

Facondos Batauum dulcesq; relinquimus agros,  
 Det Deus vt fausto sidere pergat iter.  
 Non etenim nos hinc ducunt temeraria vota,  
 Nec quoq; delitium pontus et equor habent.  
 Nec placet infelix tantum mihi Gallia, dulces  
 vt vellem patrius deseruisse lares  
 Solus amor Sophiae Tractum linguere suadet,  
 Et cogit verae religionis sonos.

Dis Viderat LVCI post Idvs febrvvs orbvm

Ecce rates properat carpere nostra cohors

1584.

Nauta iam gemino sulcabat remige rhenum,  
Et cursum celeri fluminis aquat equo.  
Tunc ego respiciens trarecti moenia vidi,  
Errabamq. animo per loca, grata meo.  
Vix auellēbar mentemq. oculosq. retraxi.  
Frustra nam ante oculos vros redit illa meos.  
Nunc caput integrum malefamis curibus opto,  
Nunc precor innocuus ne mala bella premant.  
Sic credo Scythicas Naso relegatus ad oras  
Vix potuit montes Inquere Roma tuos.  
Deniq. cum sterili socios in littore stantes  
Deserem subouit tristia multa mihi.  
Quid facerem, frustrane moror, decedere fas est,  
Ergo valete pia pectora iuncta fide.  
Sic dixi subito tendebat nauita rudentes,  
Vine dum dixit quisquis amicus erat.  
Cumq. Diana diem tenebris et nocte fugasset,  
Defessos placide presserat apta quies.  
Postera lux muros Dordraci monstrat aquosi,  
Hic vbi Nympharum Nereidumq. domus.  
Dicitur haec primis Batavorum ex vrbibus ee,  
Vnde alias tituli praestit honore sui.  
Hinc petimus mersas turgentis flumine terras,  
Quod rate sulcabat nauita terra fuit.  
Tandem ad Malthacas loci peruenimus oras,  
Aequor vbi salis littora lambit aquis.  
Hic mare decedit post sexq. reuertitur horas,  
Et regnant celeri terra fretumq. vice.

vidimus hinc medium (medio iacet insula porto)  
 Castrum Mathiaci luxq; caputq; solis.  
 Austriaci intramus propere pede principis urbe  
 Armadam nunc urbs ante sed agger erat.  
 Non procul hinc distat nulla superabilis arte  
 Arx, quam Zelandi Rhammiva castra vocat.  
 Proxima vrsingae spectantur moenia fortis,  
 urbs munda viris et quae classe potens.  
 Credideris falsi fabricatam numinis arte,  
 Est nam mortali vix superanda manu.  
 Sunt cives nautae, vel vitae prociua turba,  
 Et quoq; pars grauidae pmgit odore rates.  
 Tellyrem fugiunt, Neptuni regna frequentat,  
 Et matunt celeri bella ciere rata.  
 Sentyt hoc tristi damno Requesentus olim,  
 Pugnans pro domini fidus honore sui.  
 Huius se <sup>domini</sup> ~~iacet~~ non iusto nomine Princeps  
 Auracus iactat, nomen inane puto.  
 Arceq; constructa non parua mole superbit,  
 Sed domus a domino non habitanda suo est.  
 Aeolus vt placidis <sup>aequasset</sup> strauisset marmora ventis,  
 Sulcabat gelidum nostra carina mare  
 Lamq; dies aderat monstrabat nauta Caletos,  
 Urbs multo dominiis empta cruce suis.  
 Optatas frustra querimus contingere portas,  
 Atq; urbs nequicquam tristia corda fonet.  
 Namq; ratem solitus remoratur in aequore fluxu.

haec urbs clouae potius  
 nec minus arx potens.  
 sine Laetradis uul  
 haec munita  
 vocari,  
 seu patrum a potius  
 nomen habere placet.

Coquimur et tristes ferre minas pelagi.  
Et super iratas inuisi tollimur undas,  
Et nauem grauidus verberat aequor aquis.  
Nec mora nec requies veluti tormenta resultat  
Bellica, cum repetunt moenia quassa Gra.  
Haud secus assiduis nos aequora fluctibus vident,  
Nec satius est toties percussisse ratem;  
Ecce salutavis vitae spes angora nostrae  
Rumpitur; hoc precibus tempus adire Deum.  
Sante pater frustra vastum quis nauquat aequor,  
Frustraq; armata moenia cincta manu.  
Ni nauem, ventis diuina potentia seruet,  
Moenia ni summo numine tuta manent.  
Ergo qui Petri firmas super aequora plantas  
Fecisti et liquidas firmiter ire vias,  
Qua Mosi tuto rubeas remeare per undas  
Iussisti, Isacides cum fugerent Pharios.  
Pac pelagi cessare minas fluctusq; furoros.  
Vt poterit placidis flatibus ire ratis  
Annuit omnipotens precibus, iussitq; fumentē  
Neptunū pelagus composuisse vagum.  
sic vbi diuisam nobis celebraret ad orbem,  
p habas, et obscuris Iuna vagaret equis;  
Intrauis subito succosa suburbia, lacti  
Fuisse feri tanta pericla maris.  
Postera lux accem secretaq; moenia monstrabit  
Extremo penitus inuisa facta pedi  
Hinc paruo distant Grauelingae moenia, regi  
Hispaniae vegili sat bene tuta manu.

Plinius.

Tunc votorum precibus  
pauis locus est, cum  
spei nullus.

Psalmo cxxxvi.

finde

Inde Oudomari spectandis turribus urbem  
 Cerminus exiguo fonte ducente ratem  
 Haec templis pulcris et magno praesule gaudet,  
 Dives opum pura. Impet abundat aqua.  
 Hinc alias aliasq vrbes Artesia monstrat,  
 Oppidag ignavis pare sepulta sita.  
 Arriag. et forti Sullertia moema vasso,  
 Et quoq Texuannam nigra fauilla tegit.  
 Hinc sequitur fossis circum satis alta Belgae,  
 Quae nisi montanis collibus haurit aquam.  
 Inde parum prudens tardis auriga quadrigis  
 Nos per calciferos non bene ducit ut agros  
 Sic tandem intrantes pboebo recedente Duaci,  
 Liguimus migrate tedia Longa ~~vix~~.

DUACI ATVATICORVM ANNO  
 CXIAO CIO IO XXXIV.

1584.

ELEGIA.

Cum puer et pueri cum loeta Cupidinis arma  
 Resarci teneras mentula nequitas,  
 Mille mihi Veneris formas et gaudia mille  
 Obiecit nimium nunc mihi casta Venus.  
 Saepe sinu liquit dulces tractare papillas,  
 Cum mitrix flentis <sup>stans</sup> currit ad arbitrium.  
 Candida viderunt turgentes pectora frustra et  
 Molle femur nostras delitias oculi.  
 Ante meum quoties nudas stetit Hestera mams  
 Lectant, vel nudo concubuitq mihi.  
 Nudaq cartillans pueriles Magdalis odas,  
 Quale femur qualem monstrat amica sinu.  
 Nullaq.

Nullaq; virgineum tetigit <sup>hunc</sup> ~~verecundia~~ <sup>canis</sup> ~~corpus~~,  
Cuncta patent ~~oculis~~ <sup>canis</sup> ~~membra~~ <sup>oculis</sup> ~~meis~~,  
Nil tamen illius tam <sup>canis</sup> ~~comoditate~~ <sup>canis</sup> ~~fruebar~~ <sup>canis</sup>,  
Vesus, nec mentem feruidus mirrat amor.  
Nec timo cauet tenerum corpus ne flamma perurat  
Vidas quae lambet paruaula gutta genas;  
Societ ~~in~~ ~~talidas~~ ~~extinguit~~ ~~lucina~~ ~~flamas~~,  
Vuida, cum primus debilis exstat amor.  
Sicca magis ferum sapiunt sed corpora amorem,  
Nec puer in funeros ~~spicula~~ ~~torquet~~ ~~Arce~~,  
Maior at ex magna spectatur parte triumphus,  
Congreditur ~~ur~~ ~~uiris~~ ~~victor~~ ~~vbiq;~~ ~~puer~~.  
Nunc mea cum longum formarat corpora ~~tempus~~,  
~~vestit~~ ~~et~~ ~~colles~~ ~~barba~~ ~~decora~~ ~~genas~~.  
Nunc Amor ~~in~~ ~~mitti~~ ~~miserum~~ ~~me~~ ~~torquet~~ ~~amore~~,  
Mens erat in Venerem quam fugit ~~ipse~~ ~~venus~~.  
Hedera nulla meo facilis colluunt ~~amori~~,  
Nec mureum monstrat ~~Magdalis~~ ~~vlla~~ ~~sum~~.  
Copia larga mihi veneris ~~et~~ ~~ta~~ ~~rudis~~ ~~Arce~~,  
In Venerem, paruis ~~Luderet~~ ~~in~~ ~~stragulis~~ <sup>ustigulis</sup>,  
Hedera nunc nostros fugitat ~~perterrita~~ ~~lufus~~,  
Et prohibet veteres ~~heu~~ ~~mala~~ ~~nequitias~~.  
Idem sum exclamo, nentus me ~~conspice~~ ~~quonia~~,  
Cui fenero toties oscula blanda ~~dabas~~,  
Et cui lufus erat vestras tractare ~~papillas~~,  
Et femur, et tuncum quae modo membra ~~fegis~~.  
Ille ego sum nudum quae ~~quauis~~ ~~sepe~~ ~~teneres~~,  
Complexum ~~brachys~~ ~~canaria~~ ~~turgens~~.  
Ne

Ne timeas lufus quos iam maturior aetas  
Edocuit, noster tempore exequit amor.

Atulta docet tempus, quo animus cum corpore crescit;  
Iam dubiti quae vel discere virgo velit;

Sed prior haec didicit inprimis iam docta puella,  
Aha didicit quantum fellis haberet Amor.

Propterea tantum fugat bene cuncta furor,  
Et fugit et nostras ridet ubiq. preces.

Et quoq. Magdaleo frustra iam torquetur igne,  
Mulciber est cum quo nunc Venus illa iacet.

Ingratum querimus gratumq. precamur amorem;  
At tamen hic furdis auribus esse solet.

Vel simul irato respondet tetra vultu,  
Spesa haec cupitrem vir negat illa mihi.

Te puero tenera cum Iuli aetate puella  
Mens mea nullius conscia fraudes erat:

Ach scio, sed sic me plus candida Magdalis iras,  
Non vir sollicitus te vetat esse meam.

Non te morosus custodit carere comas,  
Assidet aut vobis <sup>custos</sup> sedula <sup>custos</sup> anus;

Libera per tatas vrbes et templa vagaris,  
Nec mala te sequitur undiq. suspitio.

Hec mala Romanas sequitur nam cura puellas,  
Oferuat quas mens suspitiosa viri.

O Felix summa dignissima Belgia laude,  
Vrunt ubi proprio libera virgo modo.

Sed mihi quid prodest patiur cu sepe repulsi,  
Quoq. msto magis hinc iam negat illa mihi?

Amprosal.



Nupsorat Hæmæa Thebarum Amphitruo pueris,  
Attamen hæc <sup>supra</sup> facta Jone est genetrice.  
Notaq; Sædæ cunctis est forma puella,  
vix Paris Idæus vix Menelaus erat;  
Major erat species quam te Menelæe probores,  
Peramphædes pretium nempe laboris tot.  
Fabula qua cantur Maris, mihi fabula fuit,  
Nec claudere vercar vniuersa subire soms.

De OBLIV-MARTIÆ

Crim versor dubios iuuenili pectore curas,  
O spūgnatq; noua mole superbus Amor;  
Succubui vacuo miles temerarius arcu,  
Et didici vires quas habet ille Deus,  
Protinus et pulchris placuit mihi Martia ocellis,  
Et toto nostro corpore pulchra malo.  
Nil tum magnorum curabam gesta virorū,  
Satis erat at domine me placuisse mea,  
Hæc mihi principium dedit hæc in carmine finē,  
Illius in laudes totus et vnus eram;  
Ingemium proorsus mentemq; exercuit omne,  
Fussit et in structos currere verba modos,  
Et quoq; me docuit puras componere laudes,  
Q̄tittas præbens blanditiasq; mihi.  
Panderet os roseum, docta tum Pallade certat,  
Argutisq; sonant dulcia verba modis.  
Junonem æquiparat vultu, faciesq; decora,  
Lumina tum obrat nō minor est venere.

17

In cernas quoties iam flecteret arte capillos,  
Quereret talis custodia Diana fuit.  
Parca est ut rupit fatalem Stamire fusu,  
Heu mihi delitiae tum perire mea;  
Illaq. que dederat secum simul abstulit omne  
Ingenium, et lacrimis obruta Musa racet.

Alegria

De amore renovato

Ut rapere meam crudelia fata puellam  
Quererat. sub duro Martia friget humo.  
Nil praeter lacrimas vidas et flebilis carne  
Musa dedit nostris exanimata malis  
Ipse Cupido meo multum miseratus amori  
Ipsa Venus lacrimas non temere suas  
Et Oriades mecum mecum flevere Napaea  
Et Nymphae rosea queis maduere gena  
Ipse valedicto langrebam tristis Amore  
Ruptaq. sub viridi fronde chebis rucuit  
Nulla puella meum poterat desellere luctum  
Nulla animum poterat serena tenere meam  
Illam animo semper constans complector eodem  
Ante oculos semper vivit et illa meos  
Nil nisi tristitiae premit et me mortis imago  
Quod mea cum illa tum vita sepulta foret  
Non tulit ulterius vano me stringere luctu

Alger immensi cui spectet orbis iter.  
Exstinctumq; nouis exsussitat ignibus ignem  
Et luctum et lacrimas efficit inde meas  
Inuitumq; trahit trahit ad mea damna negantem.  
Nec manet arbitrii uita quiesca met  
Inde nouo insequitur confixum vulnere nuper  
Quo feror in domito conuolat ille pede  
Ille regit toto quicquid florescit in orbe  
Et uetus in magnos ius habet ille deos  
Fas illum obsequio et multa uenerare arte  
Fas illum uesta percoluisse prece  
Namque mihi uacuo firmans in pectore Janam  
Solamen flammæ hæc sit percussus ait  
Martia felices sequitur defuncta puellas  
Quæ multa fratres continuere fide  
Sed tibi ipse uitæ præsentis Janæ feremem  
Et dabit innumeris gaudia longa bonis  
Oscula des huic, <sup>tol</sup> ~~quod~~ numero quod basia quondam  
Martia, fragranti detulit ore tibi  
Sic ait et longum derulfit nectore luctum  
Et procul ex animo dicentes abijt.  
Flamma tamen similis quanquam mutata percait  
Mentem, nec minor at fulcior ignis habet.

## EPIGRAMMATVM.

## LIBER PRIMVS.

Arida difficili fluerent mea carmina vena,  
 Raraq; sit genio cognita mensa meo;  
 Non tamen incultum aut peius rude des-  
 pice carmen;

Omnia si non sat si tibi pauca placent.  
 Liusor abest nudaq; ioci venerosq; Galates  
 Ducunt ad grates Pierides Egoceas.

Vtitor his nostris lector vel paruito nugis,  
 Si non detractor nec maior esse velis.

Ad LECTOREM.

Pone supercilium lector, frontemq; serenam  
 Prafer, nec legat haec carmina pauca senex.  
 Non hic Pacuvius non hic grauis Ennius ore  
 Intonat, aut senecae traqua verba sonant.  
 Sed faciles facili percussit pectore nugis,  
 Cum legis obscaenos turpia facta iocos.

IN ARCEM ULTRAIECTINAM. CUI  
 NOMEN PACIS INDITVM.

Arx pacis dicor lassus ego cuiusvis urbem  
 Defendi, et pacis maxima causa fui;  
 Et per me rursum sunt passi incommoda ciues.  
 Causaq; sit belli causaq; pacis eram.

Eadem locvltvr.

Arx ego Traiecti quae maxima gloria nuper,  
 Eversa in cineres facta aliena suo.  
 Felix si nunquam miseram tenuisset Iberus,  
 p' sedumque insontes, perfidus hostis abijt.

sed mea culpa fuit simul et peccauimus ambo,  
hosti debueram bella noue meo.  
Dixit meo casu patriam defendere, quisquis  
Aeternum factis nomen habere velit.

DE IANO BIFRONTE

Romani Janum praecei sinxere bifrontem,  
Duplex sed facies tempora bina notat  
Conatur vulgus quicquid persuaserit error,  
Ast mentis sapiens praeuidet acta suae.

AD TVMVLVM NELLAE NV  
TRICIS CANDIDISSIMAE

\* Nella iacet tumulo ~~haec~~ <sup>natrix</sup> cumulatâ hoc candida  
Funde puer lacrimas, ede puer gemitus  
Hae dulces quondam te lactauerunt papillae,  
Atq; hae te tenerum sustinuerunt manus.  
Tu quoq; qui tumulum transis dic talia verba,  
Hoc precor in tumulo molliter ossa cubent.  
Nutrent haec quondam pueros cum vita manebat,  
Nunc hic hirsutis vermicibus esca iacet.

DE QVADAM VETVLA

~~Barbara iam pridem Calurini sacra videbâ,  
Impia sacra p'ys non ad eunda viuis,  
Hic ubi discumbunt iuuenis vir femina virgo  
Decrepita ad mensas forte sedebat amos.  
Haec misera expectans laetas decepta Placentis,  
Incepit panem rodere dente suum  
Cum durus nimirum nec possit frangere morsu.  
Intonat irato talia verba sono:  
Haecce discipulis dedit olim fercula Christus  
Tros dentes habui nunc sine dente abeo.~~

En ego qui Mori dulcissima dogmata narro  
Aduenio cunctis rite saturus opem,  
Squallidus ad quondam nec sim sat pumice testis,  
Lingua tamen duc me Gallica verba sonet .

EPITAPHIUM ALEXANDRI  
MAGNI .

Magnus Alexander parua <sup>URNA</sup> Hac requiescit m.  
Immensi quondam qui caput orbis erat,  
Et nihil huius misero mundi rex pauper differt;  
In cineres abijt qui curis ante fuit .

EPITAPHIUM . P. OVIDI NASON .

Naso Tomitanis ruceo nunc exul in oris,  
Qua gelibus glacie runxerit Ister aquas .  
Exul eques vates, scripsitq. ab origine mundi  
Res gestas, et que nomen Amoris habent .

DE MICHAELE VERINO .

Exiguam scripsit VERINVS carmine librum,  
Laudem sed meruit non tamen exiguam .  
VVLGVS .

Est vulgus varium et casus mutatur ad omnes,  
Morbilitate vicens et ratione carens .

A VARVS .

Vt ceruus gelibam sitiens festinat ad undam  
